

Johann Joachim Weidner

Rectoris Academiae Varniacae Jo. Joachim Weidneri ... Programma Funebre, Qvo Ad Eundum Exeqvias Matronae ... Dn. Margarethae Schuckmannen, Viri quondam In Consiliis Valde Circumspecti ... Domini, Dn. Danielis Dorcks, Serenissimorum & Gl. M. Principum Megapolitanorum Dn. Gustavi Adolphi ... Relictae Pientissimae Viduae ... Anno MDCCXXXI. Die XXIII. Januarii solenniter paratas, O. O. Proceres Ac Cives Academiae ... admonitos & invitatos voluit

Rostochii: Typis Io. Iacob. Adleri, [1731]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1797631489>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Forderungen in dazujen bürgerl. Familien betr.

(Zinsvertrag in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
ü. d. r.]

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





Handwritten numbers and text from the adjacent page, including a list of numbers from 1 to 34.


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Elsabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Panben. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Prehn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



44
RECTORIS ACADEMIÆ VARNIACÆ
JO. JOACHIM WEIDNERI,
Ph. & S. S. Theol. D. & P. P. O. Facultatis Theol. Senioris,
& nunc Decani, Rever. Min. Directoris & Pastoris Mariani.

PROGRAMMA FUNEBRE,

QVO
AD EUNDUM EXEQVIAS
MATRONÆ,

Summa integritate, Innocentia & genuina pietate;
laudatissimis modis celebratissimæ ac præpollentis,
PRÆNOBILISSIMÆ, SANCTORIS FIDEI & VIR-
TUTUM INSIGNIUM ÆMULÆ DOMINÆ,

**DN. MARGARETHÆ
SCHUCKMANNEN,**

VIRI quondam

IN CONSILIIS VALDE CIRCUMSPECTI, & IN EXPEDIUNDIS
PRINCIPUM NEGOTIIS QVA CAMERAM,
FELICISSIMI AC LONGE CELFBERRIMI,

DOMINI,

DN. DANIELIS DORCKS,

Serenissimorum & Gl. M. Principum Megapolitanorum
DN. GUSTAVI ADOLPHI, ac DN. FRIDERICI WIL-
HELMI, Ærarii Præfeti Provincialis, ut & Cameræ Consilarii
Incluti ac Sincerissimi,

Relictæ Pientissimæ **VIDUÆ,**

a **FAMILIA** Splendidissima,

& nunc obitum **MATRIS** Egregiæ ac Amoriferæ,
Justissimo Affectu & lugubri ploratu persequente,
Anno MDCCXXXI. Die XXIII. Januarii solenniter paratas,

O. O. PROCERES AC CIVES ACADEMIÆ,

Suis Quosque Honoribus maxime conspicuos,
Humanissime convocatos,

& ut

frequenti Comitatu easdem cohonestare dignentur,
admonitos & invitatos voluit.

ROSTOCHII,

Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.



On desunt qui de *Officiis MULIERUM* ex-
 tensius scripserunt, exigentes in iisdem *discretum*
OBSEQVIUM, non violatam *FIDEM*, firmum *SIL-*
LENTIUM, amoenam *COMITATEM*, illibatam
CASTITATEM, *circumspectam PRUDENTIAM*, ex-
 spectatam bonorum *COMMUNIONEM*, cultiorem *FA-*
MILIAE administrationem *cautiorem LIBERORUM*
Educationem & sic porro; Sed vel illi de *VIRGINIBUS*, peculiariter &
 de *VIDUIS* consignarunt illa, quæ ad gloriam *Sexus* & famigeratissi-
 mas laudes *Viraginum Virtuosarum* adtinere, easdemque ad poste-
 ritatem feliciter propagare valent. Interea tamen, quicquid & adau-
 ctis curis, è *Rhetorum Scholis*, *Philosophorum* ratiocinationibus, *Histo-*
ricorum monumentis & *Experientia* multiplicis penu depromere, ex-
 asciare, sculpere ac coadornare annisi sunt, non est tanti ponderis,
 pretii aut prærogativæ, ut non potius ex adverso pateat, e *SCRI-*
PTURIS S., tanquam *Cymelio* coelesti, hauriri longe salubrius, so-
 brie magis & omnium sufficientissime, omnia ea, quæ ante, in & post
Conjugium, eos ornant ac perficiunt, quos *DEUS Almus* *Statui Con-*
jugali insitos, aut secundum irreprehensibilem suam *Providentiam*
 diremtos voluit. Quod & ad *Caput* de *Viduitate* adtinet, longe ibi
 sunt diversa, quæ *Gentes* moliuntur, & quæ inter *Christianos* obve-
 niunt & obtinent: *DIDO* *Ea*, *Quæ Carthaginem*, si non suscitavit, ex-
 ædificavit tamen ac miris modis auxit, cum *PIGMALION*, truculen-
 tus *Ejusdem* frater, non pepercerat sanguini *Conjugis* *SICHÆI*, tenera
 quidem

quidem fati; sed & Dictione propemodum desperata, mortem hanc
Mariti Sui persequutura, hæc dira fudit vota:

*Sed mihi vel tellus, optem prius, ima debiscat,
Vel Pater Omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi noctemque profundam!
Ante pudor, quam te violem aut tua Jura resolvam;
Ille meos primus, qui me sibi junxit, amores
Abstulit, ille habeat Secum serverque sepulchro.*

Quorsum & adhuc inter *Ethnicos* referri debet *Mos* iste feralis, quo
Marito superesse detrectant *foeminae*, flammis lustralibus se sacrifican-
tes, ut ad urnam usque viris demortuis confociæ evadant, vanam ita
famam ac execrabilem gloriam zucupaturæ: Non ita Christianorum
formata est Regula & abs omni tucio, fraudibus ac terrore panico,
purificata Religio; *Nostræ* etenim *VIDUÆ* norunt, quod irreprehensibi-
les esse debeant, 1. Tim. V. 7. hinc *Vidua vera* ac *sola relicta*, sperat in
DEum, vl. 5. compara, Jerem. XLIX. 11. in operibus bonis testimonium
habet, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si affli-
ctis sufficit, si omne opus bonum subsequuta est. vl. 10. Talis erat *RUTHAM*
Viduam secum ducens *Vidua ipsa NOHEMI*, cui solatiflua venit ap-
precatio Ruth. IV. 14. f. Benedictus esto Jehovah! Qui non deesse fe-
cit Tibi redemptorem hodie, voceturque nomen ejus in Israele, ut sit
Tibi in reducentem animam & ad sustentandum Senium tuum, *Nurus*
enim tua, quæ amavit Te, peperit Eum, quæ melior Tibi septem filiis.
Talis probitate & viduarum decoribus maxime conspicua mirabiliter-
que corusca erat *VIDUA Sareptana*, quæ *Eliam* nutritiv. 1. Reg. XVII.
v. 9.; Talis & erat *HANNA Prophetissa*, *Filia Phanaelis*, ex Tribu *Ase-*
ris, quæ provecta in dies multos vixerat annos cum Marito septem a virgi-
nitate sua: Eademque *Vidua* in annos octoginta quatuor; ita ut non disce-
deret a Templo jejuniis & orationibus serviens nocte dieque; quæ in eadem
hora, qua sistebatur *Neo-natus JESULUS DEO*, adstans, confitebatur
Domino & loquebatur de Ipso omnibus expectantibus liberationem in *Hiero-*
solyma; Luc. II. 36. f. Talis & fuit *TABITHA Joppensis*, plena etenim fuit
bonis operibus & elemosynis quas fecit; Nec *NAINITICÆ* obliviscendum
est, cui *Salvator Noster* filium restituit vivum. Luc. VII. 11. f. f. In his
singulis Epigraphe obtinere potuerat & Symbolum Illarum vere Ge-
nerosum ac Christianum fuit:

Hab ich meinen GOTT im Herzen,
Tröst mich Sein und liebe Jhn;
So empfind ich keine Schmerzen,
Acht es vielmehr vor Gewinn,
Wenn Er mich durch Creutz und Leyden
Zu Jhn rückt,
An Sich drückt,
Und erfüllt mit lauter Freuden.

His hætenus laudatis egregiis Viduis adgregari omnino meruit *Incom-*
parabilis Nostra SCHUCKMANNIA, *Mater Familias* excellentium
prærogativarum, cujus funus nunc inter lacrymas ac dolores, sed &
inter admirationem & laudes debitas justissimasque ducimus ad *Se-*
pulchrum: Habitavit siquidem in hoc fragili corpore *Anima proba,*

fidelis, coram DEO ac Hominibus, mirificis modis excellens, cui id datum
 fuit, ut religiose observaret *tempus ad plorandum*, & *tempus ad riden-*
dum, Cohel. III. 4., certo certius perluasa, quod JEHOVAH sit PA-
 TER pupillarum, & JUDEX Viduarum; Quod sit DEUS in habitaculo
 Sanctitatis suæ; Quod & habitare faciat Solitarias in domo, educat vinclos
 e compedibus. Ps. LXIX. 6. f. Bona Ipsi fuit LEX oris JEHOVÆ præ mil-
 lenis auri & argenti. Ps. CXIX. 72., desiderabilis præ auro & præ obryzo
 multo & dulcior præ melle & stillatione favorum; per eam monita & in cu-
 stodiendo eam, commodum sortita est multum. Ps. XIX. II. f. & ut in Com-
 pendio plura reliqua, & non facile satis deprædicanda, adhibuero,
 cum B. Nostro LUTHERO (Vid. PRÆFATIONEM Comment. in Ep. ad
 Gal.) recreatione melliflue mactata, ingeminabat: In meinem Her-
 zen herschet allein und soll auch herschen, dieser einzige Artickel, nem-
 lich der Glaube an meinen lieben Herrn IESUM, welcher
 aller meiner geistlichen und göttlichen Gedancken, so ich immerdar Tag
 und Nacht haben mag, der einzige Anfang, Mittel und Ende ist. (B.
 MATTHESIUS: Sarept. Conc. IV. p. 72. a.) exhibet præcipuum Quempiam
 DOCTOREM, Vindobonæ degentem, qui non modo alios excitaverit
 ad B. Opera, sed & Ipse probitati sincerius studuerit, indies Missas
 legens, eleemosynas multas distribuens, tria jejunia hebdomadalia fu-
 stinens, & præter ea domum propriam adornans pauperibus fœmi-
 nis quæ antea corporibus suis quæstum fecerant & nunc a mala
 sua vita desistere ac emendari vellent. Is vero morte proximus &
 in fatali dolore cor suum scrutans: Quid divinæ puta, indignationi
 & iudicio opponere vellet? in anxietatem mortiferam incidit, sudo-
 reque lethali largius perfusus ac maceratus, advocat suas Missas,
 Eleemosinas, Sanctiones & universa B. Opera, sæpius ingeminans:
 Will denn das auch nicht helfen? Tandem cum nihil valoris quid-
 piam istorum adferret ac adversus consumentem æstum indignationis
 divinæ prævalere posset, gemitu ex intimis cordis penetrabilibus susci-
 tato, quem lacrymæ abundantissime comitabantur, exclamat: MISE-
 RERE MEI DEUS PROPTER JESUM CHRISTUM! & sic refocilla-
 tus ac solatio mactatus, placide obdormivit. Non ea fuit B. Nostræ
 SCHUCKMANNIÆ hypocritica integritas, ut superædificaret super fun-
 damentum salutis suæ, lignum, foenum, stipulam, quæ in igne probationis
 extremæ manere non possunt; sed superædificavit aurum, argentum ac la-
 pides pretiosos omneque opus, quod manere potest; 1. Cor. III. 12. f. f.
 Hinc & Sanctissimo SPIRITU animata, frequenter, imo indies ac ite-
 ratis vicibus decidere solita fuit:

Mein lebe Tage will ich dich
 Aus meinen Sinn nicht lassen,
 Dich will ich stets gleich wie du mich
 Mit Liebes Armen fassen,
 Du solt seyn meines Herzens Licht
 Und wenn mein Herz in Stücken bricht,
 Solltu mein Herze bleiben!
 Ich will mich dir mein höchster Ruhm,
 Hiemit zu deinem Eigenthum
 Beständiglich verschreiben!

Non

Non ita pridem HALIS Scandalum datum est a Perfectissimi fautoribus, qui Demortuæ Cuidam aridam gloriam sortiri voluerunt in eo, quod per totam vitam, actuali & Proæretico Peccato non succubuerit. Sed hæ nugivendulæ istorum sunt & audaces ostentationes, quas SCRIPTURA & non fucata EXPERIENTIA plus quam debellant atque prosterunt. Adversus hæc βδελύγματα, omnium firmissime munita BEATA Nostra, noverat, quod quidem ipsa forma Christianismi, in Statu suo considerati, sit perpetua & nunquam cessans LUCTA SPIRITUS cum carne, & CERTAMEN fidele adversus omne peccatum, non veniale aut infirmitatis modo, sed & Actuale ac ipsius προκλήσεως sit nobis continuandum; Adgnoverat, quod quidem eapropter quotidiana POENITENTIA requiratur & PETITIO Quinta Orationis Dominicæ, omnibus ac singulis item sit præscripta, Mediaque Salutifera eum in finem sint instituta, ut sicut cervus vociferatur super rivis aquarum, sic anima nostra vociferetur ad DEUM, sitiens DEUM, Deum Vivum, ut videat coram faciebus DEI. Ps. XLII. 2. f. Et propterea abundabat sanctis suspiriis, sæpe sæpius misericordiam DEI in Christo JESU restitutam, defatigando, imo ardentius invasit Eandem, sine qua salvari nec potuit nec voluit. Et O quam multa suspiria, ipsis lacrymis permixta, ad Thronum Redemptoris adscenderunt, quæ hujus erant tenoris: Die Sünd hat uns verderbet sehr ic.

Ich lieg im Streit und wiederstreb,
 Hilff, o Herr Christ, mir Schwachen!
 An deiner Gnad allein ich fleh,
 Du kanst mich stärker machen!
 Kommt nun Ansechtung her, so wehr,
 Daß sie mich nicht umstossen,
 Du kanst es massen,
 Daß mirs nicht bringe Gesehr!
 Ich weiß du wirst es nicht lassen!

Omnis ergo sinceræ explorationis inops foret, qui hanc FIDEM hæc Opera SPIRITUS. S. in COMMERCIO cum DEO exantlata, non admiraretur, suspiceret & venerabilia vellet; Quæ de coetero secundum Decalogum egit Pientissima Hæc MATRONA, & COMMERCIO cum hominibus tribuit, quam & florida fuerint, eodem namque illo SPIRITU perficiebatur, ut Legi Morali SE sincerius conformaret; ea omnia atque singula ad Officia Christianismi Sui & ad τεκμήρια obsequii sui debitissimi retulit; Sæpius vel in hoc excruciatum ac adflicta, quod, dum implere & operibus Suis absolvere eandem Legem nemo potest, non exactius hoc Exemplar morum adsequeretur.

Et vel hinc ad seram Posteritatem propaganda est gloriosa fama, quam plus quam meruit DORCKAS & Caprea Nostra, cum Illustri ac Splendidissima DÖRCKSENIORUM Familia coalescens. Ut & huic Tmemati sua veniat illustratio, Tunc notabile habemus, quod heic in Metropoli nostra, beatissime obiens, natalem & suum acceperit Anno MDCLV. Die XIII. Octobris, qui fuit Parasceve Diei Dominicæ, horam octavam inter & nonam vespertinam,

PATREM sortita est THEOLOGUM, post fata Sua longe adhuc Celeberrimum, VIRUM Summe Reverendum, Religiosissimum, Excellentis-

B

simum

simum & Amplissimum, Dominum HERMANNUM SCHUCKMAN-
 NUM, S. S. Doctorem & XVI. Annos Professore hujus Academiæ Publi-
 cum Ordinarium, maximorum omnino Meritorum, nec minus CONSILI-
 ARIUM Consistorii Ducalis longe gravissimum; Dehinc Serenissimi PRIN-
 CIPIS ac DOMINI, DN. GUSTAVI ADOLPHI, GI. M. CONCIO-
 NATOREM Aulicum supremum & CONFESSIONARIUM, Consilii itidem
 Ecclesiastici GUSTROVIENSIS PRÆSIDEM Optimum, ac Districtus GUSTROVIENSIS SU-
 PERINTENDENTEM Vigilantissimum. In quo Magno Theologo, si
 Principibus placuisse Viris non ultima laus est, ea Benignissimi NUMINIS
 præpolluit benedictio, ut non tantum Officiis suis ardue & indefatigabili
 sollicitudine defungens, Gratiam invenerit apud DEUM & Homines, dum &
 quousque viveret; Sed & non facile unquam aut ullibi consueta Ducali
 Clementia, funus Ipsius inclaruit, quod in Comitatu satis illustri, inter
 Colluentes in fronte habuit Serenissimum PRINCEPEM Regnantem, cum
 FILIO Hærede, Illustrissimo Domino CAROLO; Serenissimam item Conjugem,
 DUCEM ac DOMINAM MAGDALENAM SIBYLLAM, cum Quinque
 FILIABUS Ducibus Megapolensibus: Qui & funeralibus præstitis, donec
 finirentur, interfuerunt; Immortali de coetero memoria id quoque
 dignum habemus, quod TANTUS in Eruditione & Religione PRIN-
 CEPS, post fata etiam Hujus Sui Theologi, Clementissime Ejusdem me-
 mernerit, insigniens Eundem VIRUM vere APOSTOLICUM, Teste B.
 FRIDERICO THOMA, Analectorum GUSTROVIENSIS, Catalogo Biograph.
 Classe I. Num. IX. p. 13. s. s. MATREM vero & Genitricem habuit
 Matronam Laudatissimam Sexusque Sui decus admirabile, Dominam MAR-
 GARETHAM LEMBKENIAM, ex antiqua & inter ROSTOCHIENSIS valde
 fulgida Lembkiorum profapia descendentem.

AVUM dederat Ipsi Divina Providentia in Superiori linea, VI-
 RUM Consultissimum, Præ-Nobilissimum, Excellentissimum ac Amplissimum,
 Dominum HEINRICUM SCHUCKMANNUM, Juris Utriusque DO-
 CTOREM & in hac Alma Antecessorem longe famigeratissimum, Facultatis
 Juridicæ SENIOREM & Consistorii Ducalis CONSILIARIUM, Deinde
 Dicasterii Provincialis ASSESSOREM & tandem Serenissimi DUCIS,
 JOHANNIS ALBERTI II. Consiliarium Intimum; AVIAM vero nacta
 fuerat Dominam ANNAM STECHOVIAM, Patriam ROSTOCHIENSIS
 florentissimam.

AVUM in inferiori Linea accepit VIRUM Præ-Nobilissimum,
 Prudentissimum & Amplissimum, Dominum JACOBUM LEMBKEN, Se-
 natorem & Camerarium ROSTOCHIENSIS per Celebrem ac Meritissimum; AVI-
 AM vero laudavit Foeminam pientissimam, Dominam ANNAM HAVE-
 MANNIAM celebris profapie ROSTOCHIENSIS.

PROAVUS patriæ stirpis Lineæ primæ extitit VIR Nobilissimus
 ac Amplissimus, Dominus HERMANNUS SCHUCKMANNUS Civis
 primarius & Mercator OSNABRUGENSIS; PROAVIA vero, insignium virtu-
 tum & in re familiari ac Domestica Cultissima fuit Foemina, Domina ANNA
 FLÖRCKEN.

PROAVUS Patriæ Stirpis Lineæ secundæ fuit Vir Nobilissimus
 & Amplissimus, DN. ALBERTUS STECHOVIUS, Civis heic RO-
 STOCHII primarius & Ædis Paulo-Petrinæ Præfectus redituum gravis-
 simus ac sincerissimus. PROAVIA vero ejusdem Lineæ cluit Præ-No-
 bilissima

bilissima ac Virtutibus & Profapia Præcellens Domina AGNETA PEGELIA, ex Illustri & de Academia Nostra celebriter meritissimorum PEGELIORUM Familia orta.

PROAVUM *Maternæ Stirpis* laudabat VIRUM *Præ-Nobilissimum, Prudentissimum ac Amplissimum, Dominum* HERMANNUM LEMBKEN, Senatorem quondam Rostochiensem maxime conspicuum & dexterimum; PROAVIAM vero gratiosam & singulari Comitatu ac humanitate præpollentem *Dominam* MARGARETHAM BIERMANNIAM.

ABAVUS in eadem Materna Linea indulgebatur VIR *Consultissimus, Præ-Nobilissimus & Excellentissimus, Dominus* JACOBUS LEMBEKE, Civitatis Rostochiensis CONSUL *Primarius*, cujus sanctior memoria adhuc apud nos manet in proluxa benedictione; ABAVIA vero fuit ex *antiqua ac Celebratissima* BESELINIORUM Familia, *Florentissima* scilicet *Domina* THALIA BESELINEN.

His de *Ecclesia CHRISTI, de Academia nostra, de Civitate Rostochiensi*, quin de *tota Megapoli*, si non & *Orbe reliquo ipso*, tam bene meritis PARENTIBUS ac MAJORIBUS vitam ac Naturam Rationalem debuit *Beata Nostra* SCHUCKMANNIA; Sed & Parentibus non satis id fuit, ut hominem stiterint peccatis obnoxium, omnes potius tanquam *Credentes CHRISTIANI*, in eo fuerunt, ut alma CHRISTI Satisfactione, per MEDIA desuper constituta ac unice salutifera, cito citius potiretur, hinc die Nativitatem insequente XIV. Octobris, hanc suam *Neonatham dilectissimam* FILIOLAM, ut Sanctissimi BAPTISMI Lavacro ablueretur, ipsi *Trinuni DEO* oblatam voluerunt & solicite curarunt, ut hocce DEI pretiosissimum donum adservarent per Educationem curatissimam, in Via Domini, & omnibus iis *temporalibus*, quæ verum ac sincerum Christianismum decent ac ornant; Cessit & ea probitas ac sollicitudo omnium felicissime, proficiebat enim ad DEI Placita, & cura utrorumque Parentum id effecit, ut omnes abunde advertebant, quali polluerit educationis modo; præcipue, cum & rem familiarem disponere, disceret non modo a MATRE scitissima & ad sustentandas domesticas operas nata ac facta; sed &, ut in usus verteret suos, & æque habilis ac prompta foret reperta; Aderant Dona Animi, corporis ac fortunæ, imprimis vero accedebant Gratia Spiritus S. erogatæ vires spirituales, quibus quidem individue coalescentibus, id effectum, ut tam in religione, quam pietate inclutorum Parentum exemplum & exemplar tenaciter consecraretur, ita quidem, ut DEO grata & piis quibuscunque acceptissima non modo existeret, sed & omnium propensos affectus, æstimia, ac honestissimos amores in se derivaret, sibi que tributos non minus, ut perpetui forent, laudabiliter custodiret conservaretque.

Accedanea sic, quin omnia bene operante *Providentia Divina*, id accidit, ut amore tenerrimo pro- & persequeretur EANDEM, VIR quondam *Illustris, Præ-Nobilissimus & Amplissimus, Dominus* DANIEL DÖRCKS, primum SENATOR *Gustroviensis*, Deinde *Serenissimi* PRINCIPIS ac DOMINI, DN. GUSTAVI ADOLPHI Gl. M. *Quæstor Provincialis*, tandem & *Serenissimi* PRINCIPIS ac DOMINI, DN. FRIDERICI WILHELMI, Gl. M. *Consiliarius Camerae*, qui & Parentum Venerabilium consensu obtento, inter congratulationes *Consanguineorum*

lautiffimas, domum EANDEM Anno MDCCXXX. duxit, & de Tali Socia Thori, ac de tam pretiosa coadjutrice in domo ac universa familia, plene gavisus est; Veluti enim nunquam cum Dilectissima Sua DORCASIA in gratiam rediit, perpetim tam vinculi quam amoris indissolubilis compos; ita præcipue in Matre Familias fruitus est tantis deliciis, quas nec amoeniores expetere, nec dulciores experiri potuit.

DEUS & Ipse hoc tam suave, tam pacificum, tam admirabile conjugium non voluit esse improle, nec satis id Ipsi fuit, ut PAR Conjugum, quod æmulari fecit plures in parem Concordiam, sine Testibus & Imaginibus suis foret; DECEM enim Liberos enixa est Celebratissimo Nostro DORCKESIO DORCKASIA Ipsius florentissima, tres quidem Filios & septem Filias.

Inter FILIOS primus HERMANNUS DÖRCKS, Sacrarum Primitiarum vices explevit ac in tenerrima infantia Coelitibus est adgregatus. Post hunc enim supersunt.

Secundus in ordine generationis, VIR nunc Consultissimus & Prudentissimus, DN. JACOBUS DORCKS, Juris Utriusque Candidatus fulgidissimus, Judiciorum Ducalium Advocatus & Procurator felicissimus, & venerabili virginum ad Divam Crucem Præpositus ac redituum Præfectus laudatissimus. Cujus Latus ac Cor amplexatur

Tertius, VIR Præ-Nobilissimus ac Amplissimus, Dominus FRIDERICUS DORCKS, Serenissimi Principis Strelizensis, in Præfectura Nemevoviensi, Nomarcha Spectatissimus, qui Thori sui delectabilem Sociam, jam ante duos annos, sibi selegit Dominam MARGARETHAM REGINAM BRUNSICHIAM, VIRI quondam Præ-Nobilissimi & Integerrimi, Domini CHRISTIANI BRUNSICHII, Præfecti Stargardiensis splendidissimi ac Gravisissimi, ut & nunc inter Coelites itidem triumphantis generosæ DN. MARGARETHÆ DOROTHEÆ CROONEN, Filiam vere virtuosam, Quæ VITRICUM veneratur VIRUM Præ-Nobilissimum, Amplissimum Longeque Spectatissimum, Dominum JOHANNEM BERNHARDUM TEÜTSCHERUM, Serenissimi PRINCIPIS ac DUCIS Strelizensis Consiliarium Cameralem valde eminentem, Cujus & exuberavit fors eo, ut SOCRUI Adamatissimæ gaudia multa conciliaverit in Amoenissima Nepte MARGARETHA DOROTHEA DORCKSENIA.

Primum inter FILIAS locum ornat, virtutibus Sexum muliebrem distinguentibus, vere præclara, Domina DOROTHEA DÖRCKSENIA, quæ in amplexibus fuit VIRI olim Maxime Reverendi ac Religiosissimi, DN. M. JOHANNIS HÖVET, apud Gultrovienfes, in Templo Parochiali, Pastoris, animarumque Curatoris longe meritisissimi, & nunc Ejusdem est relicta Vidua. ex quo Conjugio BEATA Nostra, AVIA facta est unius Nepotis, Viri Juvenis nunc Præclarissimi, DN. AUGUSTI HÖVETI, S.S. Theologiæ Studiosi, ut solertissimi, ita probatissimi & maxime laudabilis; Tres & Neptes Gaudiis Ipsius destinatas, osculata est Virgines floridas & Amantissimas (1) ELISABETHAM MARGARETHAM, (2) SOPHIAM DOROTHEAM, (3) AUGUSTAM ELISABETHAM, Hövetiani Sanguinis propagatrices spectatissimas, quibus accessit (4), Quæ tamen lucem vidit æternam, antequam vita hic in orbe frui Eidem desuper datum est.

Secunda

Secunda fuit *Egregia* & *prærogativis variis conspicua* Domina MARGARETHA DÖRCKSENIA, quam in thoro suo suaviter alit VIR *Consultissimus ac Præ-Nobilissimus*, Dn. PAULUS CIESE, U. J. D. & *Judiciorum Ducalium Advocatus ac Procurator Ordinarius Celebratissimus*; Ex quo Connubio acceptato, vidit *Celeberrima Dörckesiana Familia* Duos Viros *Juvenes Politissimos*, Dn. DANIELEM CHRISTOPHORUM CIESEN, & Dn. ERNESTUM HEINRICUM CIESEN, qui Utrique Juribus litant & in Spem Patriæ secundum vota succrescunt; Tertius vero ANTONIUS HERMANNUS CIESE, inter Coelites absolvit, heic demum ad duos annos commodatus.

Tertium occupat locum, *Sapientissima* & *in honestissimis quibuscunque Familie negotiis exercitatissima* Domina CHRISTINA DÖRCKSEN, quæ VIRO *Præ-Nobilissimo, Prudentissimo & Amplissimo*, Domino HEINRICO NETTELBLATTEN, *Senatori ac Camerario hujus Civitatis incluto ac Spectatissimo* est in amplexibus, & itidem non mansit improlis, peperit etenim *Juvenem Virum* Dn. HEINRICUM NETTELBLATT, J. U. *Cultorem strenuum ac laudatissimum*, nec minus DANIELEM NETTELBLATT, *Puerum prolixioris expectacionis*.

Quarta admirationem non minus merens, est *singulari gratia* & *comitate insignis* Domina AGNESA DÖRCKSEN, VIRI *Summe Reverendi, Religiosissimi & Excellentissimi*, Domini FRANCISCI ALBERTI ÆPINI, S. S. *Theologiae Professoris Ducalis longe Celeberrimi, Fautoris ac Collegæ Nostri Conjunctissimi, Dilectissima Costa*; unde prodierunt Duo *eximii & magnæ spei nunc juvenes*, ANGELIUS JOHANN DANIEL ÆPINUS, & FRANCISCUS ULDARICUS THEODOSIUS ÆPINUS; Una quidem *Virago subsecuturis sortibus adservata*, MARGARETHA AGNESA FRANCISCA ÆPINIA, ultra VI. *Menses in terris morari noluit*, & sic intermedia FRANCISCA AGNESA BEATA ÆPINIA, *Vice Trium est relicta*, CAROLINA MAGDALENA BENEDICTA siquidem, ceu *tertia hujus fœderis, à benignissimo NUMINE citius perfectione coelesti dotata*, inter nos *versari propere & sexto quidem migrationis Anno desit*.

Quinta florentissima illa VIRGO, MAGDALENA DÖRCKSEN, MATRI *Venerabili ad Senectam gradienti, fideliter amorifereque serviit*, nil omittens eorum, in quibus levamina ac solatia experiri posset. Quod &, cum

Sexta, SOPHIA nempe, *infans ad Coelum recepta; laudatissimis curis*

Septima LOVISA & communibus pietatis filialisque obsequiis, ac amplis exhibuit documentis atque demonstrationibus; Ut ea quidem ratione, PARENS tam *æstimata*, tam dilecta, quæ amoris filialis certatim nacta fuerat egregia signa, non potuerit non dulciter acquiescere in Liberis SUI tam amantibus, tam probis, tam frugiferis ac humanissimis.

Videbunt de cætero, in Amplificata Hac Familia, quin ad Stuporem multi, plures & ad imitaginem æmuli quin exsatiati viderunt; Quid in Familia possit AMOR reciprocus, intemeratus & humanitatis

C

nitatis

nitatis ac gratiæ plenus? Quid item fit *VIDUA MATER*, rationem habens Descendentium Suorum, ut coram DEO lidem, Sacrificiis precum & votorum quotidie lustrentur; coram hominibus autem, ceu probe instructi, moniti ac consolidati, nonnisi illustria, honesta ac acceptatissima gerant? Et quid tandem intersit omnium, ut vinculo pacis, in reciproca uniantur solitudine Sui, in mutuis efferbescant amicitii, in almis conglomerentur quasi auxiliis? In his etenim emolumentis gaudent ac gloriantur li, quos nunc suspicimus, luctuosi *HÆREDES*, & gloriantur de *tam pia ac Religiosa Matre*, quos sine omni vanitate ac luxuria, tam probe educatos pietatique sinceræ perpetim dicatos, efformavit, roboravit, confirmavit & auxit; ne *GRATIA DIVINA* exciderent, ne *benedictione Coelesti* forent indigni, ne & apud homines *vilesceret*, quod *cana ANTECESSORUM fides*, & e tam locupleti penu effusa in eosdem derivaverat incomparabilis Probitas: Ea propter & grates ferunt, ac *GENITRICIS* Hujus interminabilis memoria erit apud Illos, imo apud omnes, qui norunt, quam distent æra lupinis, in completissima benedictione; Quin, nisi æterna gaudia, quibus nunc abunde mactatur, moras injicerent & dolorum introducerent justissimas cessationes, non desinerent precari, ut, *Qui jam Anno MDCCVII. Die XVII. Octobris*, non sine multo fortis & fortunæ, deploratoque fati Dispendio, amiserunt *PARENTEM*, cordicitus dilectissimam Matrem non amisissent, Cujus Exemplum, preces ac amores sibi tam lauta, tam conducentia, tam prospera, cognoverunt, æstimarunt atque amplexati sunt hæctenus, ut & minimum non nisi cum ipsorum obitu, iisdem se orbatos cuperent ac optare possint.

Sed & de extremis & finaliter salutiferis fati, ac *Beatissimo MATRONÆ* hujus omni jubare virtutum decoratissimæ, obitu quin placidissimo habitu aliquid in exemplar ac exemplum nostrum commemoravisse adhuc juvabit; Si ergo ullus mortalium memor unquam inventus est *Dicterii vere Sacri: MORTIS ESTO MEMOR!* tunc *BEATA Nostra* inter Principes Meditationis hujus recenseri meretur; Quæ quidem non noverat adeo *necessitatem fati*, quod neminem fugere potest aut convenit; Quam ut in eodem exsolutionem suam a peccato & miseriis hujus mundi, omnium certissime præstolaretur, hinc & Meditationibus hisce assiduam præstitit operam. Vellent multi, ne mortis nuda injiceretur mentio, & dum id casu contigit, horrent, metuant, contremiscunt; Quod enim peregrinum ipsis est in consideratione & serio æstimio, id & sero memorandum habent, rapi namque cupiunt a morte, quam aggredi ac heroice superare, imo vincere, non didicerunt: Verum ecce! *Nostra Dorkas* antequam moreretur, mortis mascule meminerat, & quod triumphis dignissima, illud: *Veni, Vidi, Vici!* exclamaverit, longe majori gratia præ *JULIO Cesare*, id docent vel *Scriptiones* abs *Heroïna Nostra* relicta. Tribus etenim vicibus Anno *MDCCXII*, Anno *MDCCXXII*, & adhuc Anno *MDCCXXIX*. disposuit modos sepulchrales & quid post mortem beatam expeditum vellet; ubi, quod mortem non metueret, quod tamen eandem sine auxiliis

auxiliis Trinunius DEI, supplantare non valeret, vivide omnium expressit, preces semper adjiciens ardentissimas & sanguine JESU tinctas, ut placide ac in DOMINO obdormisceret. Quam eandem fiduciam sæpius & morbis adfecta, multa cum fatietate declaravit, & dum vires paulatim jam decreverent, vigor tamen mentis & Vires spirituales per Media salutifera quotidie redintegrata, eo fortiores pepererant in EADEM fructus, ut plene confisa DEO, cum PAULO firmissime omnium decideret: Nemo nostrum sibi Ipsi vivit, & nemo sibi ipsi moritur. Sive enim vivimus, DOMINO vivimus, sive morimur, DOMINO morimur. Sive ergo vivamus, sive moriamur, DOMINI sumus. Rom. XIV. 7. f.

Sub exordium proinde hujus Novi Anni tres adhuc dies numeravit congruos, nec Ætati nec sanitati adversos; Nox vero ea, quæ quartum antecessit, Pleuresi coepit affligi, quam comitabatur vehemens defectus ac prostratio Virium; Quam & solícite his malis mederi satégit DN. MEDICUS, aliquoties signa restituendæ sanitatis ad breve tempus, habens: inflammatio tamen velocius aucta, compeisci non potuit, quæ potius tertio statim die, in sphacelum degeneravit & finem vitæ ocius acceleravit. Ea omnia vero BEATAM nostram ATHLETAM non dimoverunt a fiducia, in satisfactione Redemptoris pressius radicata, & cum vivo intellectus ac sensuum usu frui, adhuc datum erat IPSMET, modo ut tandem Lingua & cum eadem sermo rigeret, quæproptet & loqui porro expressius non valens, ad interrogationes breviter responderet, tertio tamen morbi ingravescentis die, tam lenis & submissus vocis tenor extitit, ut ægre, abs adstantibus percipi potuerit.


Cum & in Die illa Epiphaniæ CHRISTI, Confessionarius Ipius VIR Summe Reverendus, Religiosissimus ac Excellentissimus, DN. PETRUS BECKERUS, Mathematicum Professor P. O. longe Celeberrimus ac ad Divum JACOBI PASTOR magnorum meritorum AFFINIS ac COLLEGA noster multis nominibus Colexdisimus, finita Concione, advocatus, doctrinas & consolationes EIDEM propalaret, impos tamen virium, interdum loqui molita, infirmabatur; ad ea nihilominus Interrogata: Num Meritum JESU CHRISTI ad Semet ipsam vivide applicaret? ingenuum ac DEO devotissimum AMEN adjecit; Cum & Benedictione Sacerdotali ac extrema valedictione instructa fuerat, modicum cibi accepit; Postea vero in duplici reditu MYSTÆ Hujus fervidi ac sincerissimi omnia successive transpauerunt ea, quæ ad hanc vitam pertinebant, ad coelestia vero protinus disposita, & sanguine Christi lota ac salvata Sanctissima anima, beatissime abiit & ad triumphantes Cœlites congreganda, id adhuc merita ac nacta est, ut sub manibus, precibus ac suspiriis Consanguineorum aliorumve Amicorum & Amicarum placide obdormiret, in ipso Epiphaniæ Festo, hora quarta ad quintam tendente pomeridiana, ÆTATE ad Septuagesimum quintum annum, duos Menses, tres septimanas & quatuor dies celebriter, pie ac exemplariter provecta.

Relictis DESCENDENTIBUS, AGNATIS & COGNATIS, cæterisque qui *Religiosissimam hanc MATRONAM*, propter insignem pietatem, ac humanitatem venerati ac admirati sunt, nunc & *Jolantia* forent promenda, nisi vel Ipsi abundarent omnibus iis, quæ doloribus compescendis, e Sacra Scriptura, Religione inde deducta Christiana, & Fide ac Vita Hujus tam pie, tam placide abeuntis Matronæ, paria novimus & accepimus. Sit itaque magis ex Optatis nostris fervidissimis, **FAMILIA DORCKSENIANA & SCHUCKMANNIANA** in benedictione & ad finem orbis floride ac feliciter superstes! Nobis omnibus vero contingat ea gratia, ut *moriatur morte Juste Hujus & fiant Novissima Nostra Hujus simillima!*
Num. XXIII. 10.

P. P. Sub Sigillo Reſtorali Academico.

Ipſo funerationis die XXIII. Januarii, Anno MDCCXXXI.
Die Martiſ poſt Dominicam Septuageſimæ.

Conventus erit in Æde Jacobæa, Hora prima pomeridiana.






[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



LBMV Schwerin 33
000 184 241





ac Virtutibus & Profapia Præcellens Domina AGNETA PEGE-
Illustri & de Academia Nostra celebriter meritissimorum PE-
RUM Familia orta.

PROAVUM Maternæ Stirpis laudabat VIRUM Præ-Nobilissimum,
simum ac Amplissimum, Dominum HERMANNUM LEMBKEN,
in quondam Rostochiensem maxime conspicuum & dexter-
PROAVIAM vero gratiosam & singulari Comitatu ac huma-
ræpollentem Dominam MARGARETHAM BIERMANNIAM.
BAVUS in eadem Materna Linea indulgebatur VIR. *Consultris-
ræ-Nobilissimus & Excellentissimus, Dominus* JACOBUS LEMB-
vitatatis Rostochiensis CONSUL Primarius, cujus sanctior me-
dhuc apud nos manet in proluxa benedictione; ABAVIA ve-
x antiqua ac Celebratissima BESELINIORUM Familia, Floren-
ilicet Domina THALIA BESELINEN.

lis de Ecclesia CHRISTI, de Academia nostra, de Civitate Rosto-
quin de tota Megapoli, si non & Orbe reliquo ipso, tam bene me-
RENTIBUS ac MAJORIBUS vitam ac Naturam Rationalem
eata Nostra SCHUCKMANNIA; Sed & Parentibus non satis
ut hominem stiterint peccatis obnoxium, omnes potius tan-

CHRISTIANI, in eo fuerunt, ut alma CHRISTI Sa-
LIA desuper constituta ac unice salutifera, cito citius
Nativitatem insequente XIV. Octobris, hanc suam
m FILIOLAM, ut Sanctissimi BAPTISMI Lavacro
inuni DEO oblatam voluerunt & solcite curarunt,
iosissimum donum adservarent per Educationem
Via Domini, & omnibus iis *tenaciter*, quæ verum
animum decent ac ornant; Cessit & ea probitas
um felicissime, proficiebat enim ad DEI Placita,
e Parentum id effecit, ut omnes abunde adverte-
rit educationis modo; præcipue, cum & rem fa-
e, disceret non modo a MATRE scitissima & ad-
ticas operas nata ac facta; sed &, ut in usus ver-
nabilis ac prompta foret reperta; Aderant Dona
c fortunæ, imprimis vero accedebant Gratia Spiri-
s spirituales, quibus quidem individue coalescen-
ut tam in religione, quam pietate inclutorum Pa-
& exemplar tenaciter consecraretur, ita quidem,
is quibuscunque acceptissima non modo existeret,
pensos affectus, æstimia, ac honestissimos amores
que tributos non minus, ut perpetui forent, lauda-
onservaretque.

fic, quin omnia bene operante Providentia Divina,
re tenerrimo pro- & persequeretur EANDEM, VIR
Præ-Nobilissimus & Amplissimus, Dominus DANIEL
SENATOR GUSTROVIENSIS, Deinde Serenissimi PRIN-
DN. GUSTAVI ADOLPHI Gl. M. Quæstor Provin-
Serenissimi PRINCIPIS ac DOMINI, DN. FRIDE-
Gl. M. Consiliarius Camera, qui & Parentum Venerabi-
ento, inter congratulationes Consanguineorum
B: lautis-

